

Die 20 Maii.

S. BERNARDINI SENENSIS

Confessoris.

Introitus. Ps. 36, 30-31.

OS justi medidábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium: lex Dei ejus in corde ipsíus (T.P. Allelúia, allelúia).

Psalm. Ibid, 1. Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

Offertorium. Psalm. 88, 25.

Véritas mea, et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus (T.P. Allelúia).

Communio. Matth. 1, 20.

Beátus servus, quem vénerit Dóminus, invénerit vigilántem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum (T.P. Allelúia).